



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Memento pro Vivis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

*Solida devotionis exercitia.* 69

tes : Tolle, tolle, crucifige ; non habemus Regem nisi Cesarem ; si bunc dimittis, non es amicus Cæsar. Ego in compensationem aliquam tot blasphemiarum & injuriarum offero laudes Cherubim & Seraphim ; & cum summo mentis ardore dico verba illa die Palmarum à Judæorum pueris decantata : *Benedictus, qui venit in nomine Domini. Hosanna, &c.*

*Canon.*

**A**D hæc verba : *Te igitur Clementissime Pater,* procedit JESUS meus è prætorio Pilati Crucem bajulans, & immaniter à militibus tractus usque ad eum, qui dicitur, Calvariæ locum. Apprehenditur in via Simon Cyrenensis, & Crucem portat post JESUM. Ad quod quoque me resolvo. Sequitur turba multa plangentium mulierum, ad quas Dominus dicit : *Filiae Jerusalem, &c. Venient dies, quibus dicent: Montes & colles cadite super nos. Si in viridi ligno hoc faciunt; in arido quid fieri?*

*Memento pro Vivis.*

**E**T hinc dum facio *Memento pro vivis* his illis, rogabo intènse, ut sint & maneant vitidia ligna. Alias enim utique melius iis esset, natos non fuisse juxta emphaticum illud : *Beata steriles & ventres, qua non gennaverunt.*

*Consecratio.*

**A**D verba : *Qui pridie &c.* dum hostiam arripio ; JESUS in monte Calvariæ arripitur barbare à militibus, exiuit cum violentia tunica suâ [ unde sanguis copiosus tunicæ, ob tum